



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Satisfactio I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

sa (siue ambo sint religiosi, siue alter tantum) & cū sacris initiato. c. 6. nu. 4. & c. 16. num. 3. An verò hæc sacrilegia sint circūstantiæ necessariò confitendæ, vide tit. circūstantia.

SALARIVM non soluere in ea re, quæ debetur, est peccatum, si contra voluntatem famuli fiat. Quòd si famulus illa non indigens, vendat minori pretio, debet Dominus equare pretium cōuentum. c. 17. n. 118. §. 19. Non tenetur herus soluere salarium pro illis diebus, quibus famulus ægrotauit. Suscipiens verò famulum nullo statuto pretio, tenetur tantum soluere, quanti alium similem conduceret. c. 17. n. 107. §. 19. quomodo teneantur domini soluere salaria. vide num. 110. eiusd. cap.

Peccat tabellio, qui constituto sibi salario publico accipit maius etiam sponte datum. c. 25. n. 54. & tenetur restituere id, quod ultra accipit. hæc tamen limitatione, si repetatur saltē extra iudicium. cap. 17. num. 33. 34

### SATISFACTIO I.

LITÆ sumpta, comprehendit restitutionem; specialiter sumpta, differt ab illa. cap. 3. num. 1.

Vxor, filius familias non emancipatus, seruus, & religiosus, non possunt etiam si ve-

Yy + hnt

linc remittere satisfactionem. cap. 14. nu. 17.

Quando duo mutuò se offendunt, si iniuria fuit æqualis, qui prius offendit, tenetur veniã petere: si verò inæqualis, qui grauius offēdit, tenetur, quãuis sit posterior. c. 14. nu. 17.

## S A T I S F A C T I O I I.

### Sacramentalis.

**E**ST tertia pars Sacramēti pœnitentiæ, & est recōpensatio, vel passio voluntaria pœna pro peccato ad pl. cādum Deum facta, cum proposito non offendendi eum amplius. c. 3. nu. 1. & 9.

Concil. Trid. definiuit sub anathemate, Quòd non semper remissa culpa remittitur tota pœna: & quòd nos pro pœna tēporali per merita Christi satisfacimus pœnis à Deo inflictis, & patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis, vel sponte acceptis. Et quòd Satisfactiones, quibus pœnitentes amore Christi sua peccata redimunt, sunt verus Dei cultus: Quòd nostra satisfactio non habet vim, nisi ex meritis Christi. c. 3. nu. 4.

Opera pœnalia satisfactionis non debent esse indiscreta. Atque satisfactio sacramentalis est sub præcepto. cap. 1. num. 2. & 24.

Satisfactionis propositum ad contritiōē requisitū, sufficit aliquando virtuale. Debetque satisfactio fieri ieiuniis, orationibus, & eleemosynis, ad quæ cætera reducuntur. c. 3. num. 3.